

TRIUMPHUS INNOCENTIÆ
INTERITUS INVIDIÆ

37

In

FINARDO & SALVARTO

Regia ex profapia germanis Fra-
tribus progenitis, in Scena theatriali
exhibitus;

Sub auspicijs

Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini Domini

JOANNIS SIGRAY,
Electi Episcopi Temnensis Præ-
positi Terræ Scepusiensis, Abbatis B. M. V.
de Csátar, Sacræ Cæsareæ Regiæquè Majestatis Cõ-
filiarij, &c. Patroni, ac Mecœnatis Gratiõssimi.

Cum

Literarijs Victoribus tertiâ munificentîâ

Domus Padohner præmia largiretur; *Schol. Piat*

A

Spectabili, Magnifica, Prænobili, Nobili, ac In-
genua Juventute Episcopalis Gymnasij Societatis JESU,
Scepusij in Capitulo.


Anno Domini M.D. CCI, Die 27. Junij.

ARGUMENTUM.



Hostem necesse est certum præstoletur ,
 qui domesticam habet Innocentiam. Nunquã
 sine odio vixit, nunquam sine certamine stabili-
 lem sedem fixit. Ubique Neronem invenit, Dio-
 medem non evitat, Herodiacum enses non ef-
 fugit Innocentia : quæ tamen nec succumbere furori novit,
 nec Invidiæ fluctibus mergi didicit, nec fraudis cassibus illa-
 queari consuevit, nec Suspicionis larvis scit terreri, de omni-
 bus triumphat Innocentia. juxta illud: *Fulmina non metuo ,
 pellent ea germina lauri, Fortunæ insidias despicit Integritas. Ambu-
 lat in medios Salamandra illæsa per ignes, Nempe illæsa
 manet semper & Integritas.* Quam veritatem sub Sceni-
 co Schemate sic deducimus: Ponimus sub ficto nomi-
 ne Finardum, & Salvartum germanos Fratres Regio ex san-
 guine progenitos, quos defuncto Patre suo in Imperio pos-
 sidendo eò Fraternalis amor univerat; ut inviolabile fœdus
 iniverint, sibi invicem non contraeundi. Factum ita, ut
 licet communi proverbio Regium solium non capiat duos
 Imperantes; hic tamen duos caperet Amantes. Non diu
 passa est hoc amoris vinculum, Discordiarum Parens Invi-
 dia, Suspicio rupit nexum, Iracundia fœdus corrumpit. Phi-
 lotimus Regiæ Aulæ Minister, Salvartum natu minorem
 Fratrem, Finardo Fratri, de contempto, atque rupto Frater-
 ni Amoris fœdere suspectum reddit, tesseram confingit,
 quã Imperij ambitus reum Salvartum faciat. Finardus In-
 nocentem sanguinem Fraternalis ad mortem condemnat.
 Cecidisset Innocens victima Salvartus; nisi Innocentiæ
 Fautor D E U S adstisset. Vicit Innocentia! triumphavit
 Innocentia! Salvartus ad pristinum statum reponitur: at
 Philotimus livoris sui, furorisque pœnas luit.

*Vide hujus Historiæ fundamentum in Catalog. Reg. ac Duc. Joan:
 Carionis: Mathemat. lib. 3. pag. 198. Reliqua Pœsis addidit.*



PROLOGUS.

Innocentia Fide Fraternali stipata, in Regio solio triumphat: cujus solium Suspicio Iracundiâ obarmata, morte ei inferenda occupare tentat. Sed hæc, Veritatis, & Zeli Pietatis præsidio protecta triumphat! triumphat!

PROTASIS.

SCENA PRIMA.

Finardus, & Salvartus Paterni Sceptri Hæredes, perpetuum fœdus in-eunt, sibi invicem in Paterno Regno possidendo non contraeundi; in cujus fœderis signum aureum numisma sibi mutuò porrigunt.

SCENA SECUNDA.

Fraterno fœderi tota Aula applaudit, & in lætitiâ resolvitur.

SCENA TERTIA.

Salvartus peractâ festivitatis lætitiâ, Aulæ Præfectum etiam Finardo Fratri suo charum Faustinum nomine, Regio munere primùm donat; reliquis succedentibus Aulæ Ministris.

SCENA QUARTA.

Philotimus ob Faustinum primò donatum, & ante se honoratum, Invidiâ vix non rumpitur; quare statuit ei favoris Regij venam præcludere.

SCENA QUINTA.

Faustinus dum sibi gratulatur de Regio munere primùm accepto, incidit in aliud aureum numisma, quod ille accipiens, ampliùs lætitiæ suæ indulget.

CHORUS PRIMUS.

GLoria, cùm se in altum evêhere parat, Livorem Comitum præsentem habet: quem nullis artibus à se abigere potest. juxta illud: *Gloria individuis Comes Livor.*

EPITASIS.

SCENA PRIMA.

Phitonerum, & Arnulphum ob primò honoratum nuper Regio munere Faustinum tristes, convenit Philotimus, cognitaquè tristitiæ causâ, effecturum se, ut gratiâ Regiâ cadat Faustinus, spondet; si pacti fides sub silentio lateat.

SCENA SECUNDA.

INter hæc adest Faustinus, in cuius collo pendulum numisma Fraternali foederis Philotimus observans, suspectam fidem Fraternali Salvarti apud Finardum reddere constituit. Faustinus ad Aulam properat.

SCENA TERTIA.

Finardus per somnum quiescens, varijs terretur larvis, & monstribus; hinc malum omen capit.

SCENA QUARTA.

Philotimus apud Finardum Salvartum Fratrem, quasi ille contempto Amore Fraternali, Faustino foederis numisma dedisset, inculcat. Finardus licet primò ad dandam fidem delationi adduci nequiverit; Philotimo tamen asserente, venit in magnam Fratris hostilis odij adversum se, suspicionem.

SCENA QUINTA.

Salvartus de perduto Fraternali foederis numismate vehementer angitur, quem licet Gracillus Fraterculus solatur; ille tamen non invento aureo numismate ad preces confugit.

CHORUS SECUNDUS

Fides Fraternali cum Amore Fraternali perpetuum foedus incunt, quod suspicio oblarvata Fide Fraternali dissolvit, ac dissipat. Amor Fraternalis inhærens tenaciùs Suspicioni, in furias convertitur.

CATASTASIS.

SCENA PRIMA.

Finardus venatione se distrahit, cui ad latus adest Aulæ Præfectus Faustinus. Finardo captâ prædâ applaudit Venatorum cohors. Ultimò fessus sub arbore quiescit, ad latus quiescente Faustino.

SCENA SECUNDA.

Sub illud tempus Phitonerus intervenit; qui visò ad latus Regis quiescente Faustino furit, & indignatur.

SCENA TERTIA.

Finardus ex somno evigilans, Faustinum quiescentem circumspicit; in cuius collo suum foederis numisma pendulum observans, extremè furit, & vix non proprio ense Faustinum interficit: qui tamen sedatò paulisper animò, numisma foederis ex collo ejus silentiosè deponit, & inter nemora occultè recondit. Omnia observante Phitonero.

SCENA QUARTA.

Sylvanus Venatorum Præfectus, quærit Principem Finardum præsentibus Philotimo & Phitonero. Phitonerus narrat eum hic paulò ante quiescisse, ad latus ei accumbente Faustino. Philotimus primùm indignatur; sed ubi intelligit Finardum iratum, vix non in somno eum interfecisse, & numi-

& numisma pendulum ex collo deposuisse, atque inter nemora occultè recondidisse, lætatur.

CHORUS TERTIUS.

Genius Fidei Fraternæ in Officina Amoris pro corde Amoris Fraternali cum suspitione decertat. Suspicio in auxilium evocatâ Discordiâ triumphat.

SCENA QUINTA.

Finardus moræ impatiens, Salvartum advocat, quem velut Fraternali foederis contemptorem, Fidei datæ violatorem arguens, ab eo foederis sui numisma exposcit: Salvartus semet excusans, & à se deperditum asserens, à Fratre carceri mancipatur. Morte mulctandus; nî proferat foederis numisma.

SCENA SEXTA

Sylvanus Faustinum convenit, & Finardi iratum animum aperit, discessumq; ex Aula svadet, qui ut se, primo Regis furori subducat, consentit.

SCENA SEPTIMA.

Salvartus in carcere lugens, Fidentum Ephœbum ad Viro-bonum charum Deo Præsulem cum literis exmittit; cui ut foederis numismatis inventionem commendet, in mandatis dat.

SCENA OCTAVA.

Finardus Faustini ex aula discessum intelligens, magis in Suspitione radicatur. Sylvanus pro Salvarto, & Faustino perorans, non exauditur.

SCENA NONA.

Viro-bonus Præsul præfagit infaustum casum sibi venturum. Fidentus Ephœbus adest, qui literas Salvarti offert, & significat eum vincitum, & brevè neci tradendum. Viro-bonus lætis literis ad preces confugit, quem precantem Divina Providentia de numismate in nemore inveniendò certificat: hinc Salvarto spem inventionis optimam denunciat.

CHORUS QUARTUS.

Fidem Fraternali conversus in furias Amor Fraternalis cum Suspitione jugulare vult; quam, invocatum Auxilium cœleste à morte liberat.

CATASTROPHE.

SCENA PRIMA.

Philotimus de Salvarto vincitò gratulabundus à Custode Carceris Marcha intelligit, missas fuisse literas à Salvarto, qui concludit ad Faustinum directas: quare rectè, efficacius promovendæ necis ergò, ad Finardum properat, eidem relaturus.

SCENA SECUNDA.

Gracillus Fraterculus intercedit pro Salvarto apud Finardum, cujus affectu-

affectuosus victus precibus, Salvartum à morte absolvit. Gracillus properat, lætum nuncium Salvarto apportaturus.

SCENA TERTIA.

PHilotimus Finardo refert missas fuisse literas ad Faustinum; ex quo magis indignatur, & putat sibi insidias ab eo parari: Unde Salvartum semel à morte absolutum, rursus ad necem condemnat, & Gracillum cum læto nuncio revocat.

SCENA QUARTA.

VIro-bonus Præsul ad nemora properat, in quibus obvium habet Angelum, qui ei numisma fœderis porrigens, disparet. Viro-bonus gratias agens Deo, illud ad Salvartum expedit.

SCENA QUINTA.

A Philotimo funestum pro decolando Salvarto theatrum præparatur.

SCENA SEXTA.

Centurio militum, varia ex futuro casu funesto ventura mala ominatur; cujus opinioni adhæret turba militum, & Regia cohors.

SCENA SEPTIMA.

PHilotimus Salvartum ad theatrum adducit, cui capitalis Sententia legitur, quam Innocens Frater, Deo Innocentiæ Protectori, ac Vindicti totum se commendans, excipit.

SCENA OCTAVA.

Dum jam jam capite plectendus esset Salvartus, Nuncius adest, perditum numisma fœderis à Viro-bono Præsule missum apportans, quod Philotimus pro vero non acceptat: Populus verò Innocentem sanguinem proclamans, tumultum excitat.

SCENA NONA.

AD factum tumultum exit Finardus, & Innocentem esse Salvartum intelligit, in quo etiam à Viro-bono Præsule adveniente (qui Divina revelatione edoctus, totam casus hujus seriem ei retulit) amplius confirmatur. Finardus errorem suum agnoscens, ad pedes Innocentis Fratris provolvitur, veniam postulat, & obtinet: sed Philotimus Invidiæ, ac furoris sui pœnas luit. juxta illud: *quam foveam fodit alteri, in eam incidit.*

EPILOGUS.

INNocentiæ triumphanti Amor, & Fides Fraternalis applaudunt, quibus Genius quoque Illustrissimi Meccenatis, & Venerabilis Capituli concordat. Pallas Scephusienfis Gymnasij magno Innocentiæ Fautori, & Protectori Illustrissimo Meccenati suo JOANNI terminifico applaudit, gratias agit, seque in ulteriorem favorem commendat.

NOMI-

NOMINA ACTORUM.

- Finardus Rex* D. Franciscus Labowsky, Infimæ Classis Grammatices Magister.
- Salvartus Rex* Josephus Antonius Joañelli, S. R. I. Liber Baro de Telvana, arcis Dunavetz Dominus. Syntaxista, Illustrissimi Prælati Convictor.
- Gracillus Fraterculus.* Ladislaus Laurentius Joañelli S. R. I. Liber Baro de Telvana, arcis Dunavetz Dominus. Parvifista, Illustrissimi Prælati Convictor.
- Viro bonus Præsul.* Casparus Streit, Civis Germanus Syntaxista.
- Faulinus Aula Præfectus.* Georgius Frelich, Nobilis Germ. Synt.
- Philotimus.* D. Martinus Solczanj, Nobilis Ungarus.
- Sylvanus.* Franciscus Ferenczfi Nobilis Ungarus Syntaxista.
- Phitomerus.* Christophorus Modlani, Libertinus Pannon Synt.
- Arnulphus.* Georgius Badinski, Nob. Germanus Syntaxista.
- Ministri & Aulici,* { Paulus Almasi, Libertinus Pannon Syntaxista.
 Jacobus Lehoczki, Nobilis Ungarus Grammatista.
 Franciscus Simoni, Libertinus Pannon Grammatista.
 Martinus Lenartovicz, Ignob. Pannon Grammatista.
 Matthias Karpaj Civis, Pannon Grammatista.
- Ephæbi Regii.* { Emericus Vitkoczj, Nobilis Ungarus Principista.
 Joannes Kraus, Civis Germanus Parvifista.
 Martinus Rosner, Civis Germanus Parvifista.
 Ladislaus Klobuficski, Prænob. Ungarus Parvifista.
 Illustrissimi Prælati Alumnus.
 Franciscus Bezkereky Nob. Ungarus, Parvifista. Illustrissimi Prælati Alumnus.
 Daniel Lehoczky, Nobilis Ungarus Parvifista.
- Centurio Militum.* Christophorus Giziczki, Nobilis Polonus Synt.
- Custos Carceris.* Emericus Petroczj, Nobilis Ungarus Syntaxista.
 Bartholomæus Faltinski Ignobilis Pannon Grammatista.
 Casimirus Kraliczkj, Civis Pannon Grammatista.
- Milites* { Stephanus Turcsany, Nob. Ungarus Principista.
 Martinus Tron, Civis Germanus Parvifista.
 Joannes Bethlenfalvaj, Nobilis Ungarus Parvifista.

Milites.

Andreas Vitkoczj, Libertinus Pannon Parvifia.
Simon Szegedj, Nobilis Polonus Parvifia.
Matthias Ordzovansky, Ignobilis Pannon Parvifia.
Stephanus Somodj, Nobilis Ungarus Parvifia.

Venatores.

Sebastianus Janossovich, Ignobilis Polonus Syntaxista.
Michaël Seligovich, Ignobilis Pannon Syntaxista.
Andreas Medveczkj, Civis Pannon Syntaxista.
Joannes Bláscak, Ignobilis Pannon Syntaxista.

Joculatores.

Casimirus Cassiczki, Libertinus Pannon Grammatista.
Joannes Bravjak, Libertinus Pannon Principista.
Matthias Kraufovskj, Ignob. Pannon Principista.
Stephanus Pádgy, Nobilis Ungarus Principista.
Georgius Cadeczki, Ignobilis Pannon Principista.
Andreas Plaveccki, Ignobilis Pannon Parvifia.
Jacobus Mussinski, Civis Pannon Parvifia.

Praefectus Carceris. Adalbertus Farovich, Ignobilis Polon. Gram.

IN CHORIS.

Iracundia, Zelus pietatis, Gloria, Fides Fraterna, Genius Venerabilis Capituli

D. Michaël Balassj, Illustrissimi Praelati Ephœbus, & Musicus.

Veritas, Livor, Amor Fraternalis, Genius Illustrissimi Mecœnatis.

D. Petrus Nigrini, Illustrissimi Praelati Ephœbus, & Musicus.

Mors. D. Stanislaus Rogowskj, Illustr. Praelati Cantor, & Musicus.

Auxilium Cœleste Ladislaus Rutta, Nobilis Ungarus Syntaxista.

Innocentia. Stephanus Szentivanj, Nob. Ung. Par. Illustr. Praelati Alumn.

Divina Providentia Emericus Révay. Nobilis Ungarus Grammatista.

Genius Fidei, & Genus Gymnasij. { Andreas Tokay, Nobilis Ungarus Grammatista: Illustrissimi Praelati Alumnus.

Genius Suspicionis. Matthias Csernenskj, Civis Pannon Gram.

Genius Amoris Fraternalis. Franciscus Ivanich, Nob. Polonus Parv.

Suspicio. Joannes Peltz, Civis Germ. Parv. Illustr. Praelati Alumnus.

Discordia. Andreas Filoczi, Civis Pannon Syntaxista.

Angelus. Franciscus Forstner, Civis Germanus Parvifia.

Genij Clafsum. { Georgius Radiocj, Civis Pannon, Principista.

Martinus Ruman, Nobilis Ungarus Parvifia.

Andreas Sebefszy Nob. Ung. Par. Illustr. Praelati Alumnus.

Andreas Kolbasky Ignob. Pannon Parvifia.

His accedunt, qui agunt in Intermedijs, Saltatores, Umbra, &c.

O. A. M. D. G. B. M. V. H.